UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm LVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

bus ſiue minoribus dãtur.l.fi.C.de tẽpo.reſtitu.in in-
tegr.gloſ. cum ibi not. in clement. 1. per illum textũ
de in integr. reſtitut. & eſt text. in c. 1. eod. titu. in 6.
† Quãdo autem hoc tempus incipiat currere, cõclu
49 do, ex quo tempus hoc quadrienni eſt ab initio utile,
& ex poſt facto continuum, ut in d.l.fi.cum ibi not.in
caſu noſtro cõpleta p̄ſcriptione incipit currere ſtatĩ,
quo ille, cõtra quem præſcriptio cucurrit, ſciuit actio
50 nem, & ius ſibi competere, uel competiiſſe: † de illo
enim quadriennio excipitur minor ætas, iuſta abſen-
tia, & omne aliud legitimum impedimentum, & cõ-
ſequenter ignorãtia facti, quæ dicitur eſſe iuſtum im
pedimentum, ut probatur in d.l.fi. cum ibi not. ibiq;
Bal.& alii, iunctis iis, quę habentur in d. l. cum filius.
§.in hac, & probatur in d.c.1.de ĩ integ.reſt. lib.6.ubi
quadriẽnium, quod ad petendam reſtitutionẽ datur,
incipit currere à die læſionis, & ſi læſus negligẽter o-
miſerit infra illud tẽpus reſtitutionẽ petere, excludi-
tur à beneficio reſtitutiõis, ut ibi, ergo infertur, illud
tempus non incipere currere, niſi à die, quo ſe læſum
eſſe ſciuit, quoniam ignorans non poteſt dici negli-
gens c.quia diuerſitatem.de conceſ.præben.Rom.in
conſi.165.& Soc.in d. §. in hac, idemq́ue probatur in
clem.1.de in integ.reſt. & ꝙ hoc tempus quadriennii
ignoranti non currat, tenuit Bald.in l.falſam. C. ſi ex
falſ.inſtrum.& ideò infertur, ꝙ ſi probetur dictum d.
Eganum ſciuiſſe ſe habere ius, uel actionem ſibi com
petere ratione dictæ iuriſdictionis, ſibi dicitur elapsũ
dictum quadriennium, & conſequenter ſui hæredes,
& deſcendentes non poſſunt amplius dictam reſtitu
tionem petere, cum quadriennium datum ad eã pe-
tendam lapſum fuerit d.l.fi.C.de tempo. in integ. re-
ſtitut.& per ea, quæ uoluit Bar.in d.l.pãthonius.ff. de
acquir.hæred.& in l.1.& in l.quo tẽpore.C.de reſt.mi
lit. Præterea ſi dictus D.Eganus in minori ætate cõſti
tutus, & ante quam præſcriptio contra eum cõpleta
fuiſſet, ſciuit ius ſibi competere, & actionẽ habere ra
tione dictæ iuriſdictionis, deinde contra ipſum iam
factum maiorẽ pręſcriptio completa fuiſſet, nondũ
elapſo quadriennio, & ſic lęſio, quę ex præſcriptione
reſultat, emerſerit infra quadrienniũ poſt maiorẽ æ-
tatem, tunc datur reſtitutio hæredibus ſuis, quia etiã
ipſi læſio, ſi extaret, daretur, infra tamen quadrienniũ
à die læſiouis. Sed ſi poſt quadrienniũ continuũ emer
ſiſſet, tunc reſtitutio hæredibus non daretur, quoniã
51 nec ſibi data fuiſſet, & † reſtitutio, quæ non datur de-
functo, non datur etiam hæredibus Bar.in d.l.pãtho-
nius.& in l.1.C.de reſt.milit.& hęc ſunt de mẽte Bar.
& Bal.in d.l.fi.in fi.uer.poſt gl. C. de temp.in integrũ
52 reſt.& † plus uoluit Bar.in l.fi.C.in quibus cau.ĩ integ.
reſt.non eſt neceſſ.quod ſi præſcriptio triginta anno-
rum, ſeu maior cœperit currere cõtra eum, qui eſt pu
pillus, præſcriptio ipſo iure non nocet, neque tunc re
ſtitutio eſt neceſſaria d.l. fi.& d. l. ſicut. ſi uerò cœpit
currere contra maiorẽ pupillo, & cũ eo finita fuiſſet,
prout contigit in caſu noſtro, tunc talis pręſcriptio ↄ̃
illum currit, eiq́ue nocet abſque ſpe alicuius reſtitu-
tionis: & ratio eſt ſecundum Bar.ibi, quia hęc præſcri
ptio triginta annorum excedit ętatem triginta anno
rum illius, contra quem fuit decurſa, ut clarũ eſt, &
cõlligitur ex iis, quæ ponit Bart. in l.fi.ff.ex quib. cau.
maio.& conſequenter etiam quadriẽnium, quod da
tur ad petendam reſtitutionem, ut in d.l.fi.C.de tem
53 po.in integ.reſt. † Si uero huiuſmodi pręſcriptio cœ-
piſſet currere cum maiore, & ſimiliter cum maiore fi
nita eſſet, prout in hoc caſu non potuit niſi cum ma-
iore currere, & finiri, & tunc talis pręſcriptio nocet,
ſed aduerſus illam reſtitutio datur ex cauſa iuſta, ui-
delicet ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebi
tur puta rõne iuſtæ abſentiæ, uel ex capite iuſtæ igno
rantię facti, ut in d.l.panthonius.& per ſcriben.in l.1.
& in d.l.quo tẽpore C.de reſtit.milit.& per Bart.in d.
l.ab hoſtibus §.quod ſi ff.ex quibus cauſis maio.in 4.
colũ.cũ iis, quę plenè habẽtur ĩ d.l. cũ filius. §.in hac,
& ſupra dixi, & probatur in d.l. ſicut ſecũdũ Bar.in d.
l.fi.C.in quibus cau.in integr. reſtit.nõ eſt neceſ.qui
ſic propriè loquitur, ex cuius uerbis infertur, quòd
qñ præſcriptio triginta annorũ, ſeu alia maior incœ
pit currere cũ maiore pupillo, ſed minore annis 25.
& p̄fecta fuit cõtra eũ maiorẽ, prout contingit in ca-
ſu noſtro cõtra dominum Eganum, qui ultra annos
ſeptuaginta ſuperuixit, talis præſcriptio cucurrit, &
illi nocuit abſq; ſpe alicuius reſtitutionis adeò, ꝙ e-
tiam ex cauſa iuſta puta ex capite abſentiæ, uel igno-
rãtiæ non potuiſſet reſtitutionẽ in integrũ petere, ſo
lũ enim ex capite abſentię, uel ignorantiæ reſtitutio
peti poſſet, quãdo præſcriptio huiuſmodi cõtra ma-
iorẽ.25.annis currere cœpiſſet, ut in d.l.ſicut: Si itaq;
dominus Eganus nõ potuiſſet reſtitutionẽ in integrũ
petere, ergo nec hæredes, ſeu deſcendentes ſui ex p̄-
ſona ipſius domini Egani illã petere poſſunt, quia re
ſtitutio, quæ nõ datur defuncto, nõ datur etiã hæredi
Bart.in dicta l.panthonius.& in d.l.1.C.de reſtitu.mi
lit.ubi Cyn. & alii. Pręterea Barto.in d.l.ab hoſtibus
§.quod ſi. in 4. col.uerſ.uenio ad quartũ uoluit, † ꝙ
54 ſi præſcriptio triginta annorũ, ſeu maior cœperit cur
rere in abſentia, & ſic in caſu à iure priuilegiato, in
quo reſtitutio dari deberet, deinde fuiſſet in pręſen-
tia cõpleta, ille, cõtra quẽ præſcriptio cucurrit, non
poteſt in integrũ aduerſus eam reſtitui, quia ad illud
tẽpus, quod in abſentia cucurrit, reſtitui non poteſt,
& ad illud, quod in præſentia cucurrit, nõ reſtituitur
quaſi actionẽ tantę uitæ perdiderit, pro quo uidetur
caſus in l.fin.ff.de minor.& ita procedit opinio Mar-
tini, & ſequaciũ, de qua in d.l.ab hoſtibus: in aliis ue-
rò pręſcriptionibus, & uſucapionibus reſtitutioni lo
cus eſſet, ſecundũ quod declarat Bart.in d.l. ab hoſti
bus: Arguendo ergo de caſu magis priuilegiato ad
caſum minus priuilegiatũ, hoc ẽ de caſu abſentiæ ad
55 caſum ignorãtię, † propter quã maius dubiũ eſt, an
reſtitutio detur, ut colligitur ex iis, quæ plenè haben
tur in d.l. cum filius §. in hac, & in d.l.ab hoſtibus §.
56 quod ſi. in 4.col.infertur, † ꝙ ſi contingeret pręſcri-
ptionẽ triginta annorũ iuchoare tẽpore priuilegia-
to, uidelicet in minori ætate poſt tamẽ pupillarẽ ęta
tem, & eã finiri in maiori ætate, & ſic poſt triginta an
nos illius, cõtra quẽ cucurriſſet, & ſic lapſo quadrien
nio, tũc aduerſus talẽ præſcriptionẽ triginta annorũ
reſtitutio nõ daretur, & ibi per Bart.& faciunt ẽt ea,
quæ habẽtur per Bal.& alios in d.l. quo tẽpore C.de
reſtit.milit. Vlterius ſup hoc articulo nõ inſiſto, quo
niã cũ præfati agentes nõ potuerint poſſeſſorio recu
perãdæ cõtra Comitem Corneliũ agere, & in hoc iu
dicio ipſi nequeãt obtinere iuribus, & rationibus in
primo dubio allegatis, fruſtra quærimus, an ipſis agẽ
tibus pręſcriptio obſtet, & an aduerſus talẽ præſcri-
ptionẽ reſtitutio in integrũ detur, & infra quod tẽ-
pus ea peti debuerit, & qñ tẽpus iſtud currere incœ-
perit. Quare ex iis, quæ in dictio primo dubio, in quo
tota cõſiſtit difficultas, ac ẽt in aliis ſucceſſiuè dicta
fuerũt, cõcludo præfatũ Comitem Corneliũ fore a
petitione dictorũ agentium abſoluendũ. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Remedium reſtitutorium interdicti unde ui competit etiam ad reſtitutionem rerum exportatarum, etiam ſi alienæ eſſent.*
*Et quid ad obtinendum in eo probari debeat nu. 3.*
2 *Pœnæ inuadentis rem aliquam clandeſtinè, & uiolenter.*
4 *Iuramentũ in litẽ reſpectu bonorum raptorũ in loco tẽpore ſpolij ut deferatur, quid requiritur, & nu. 27.*
5 *Pœna ſpecialiter impoſita in aliquo caſu contrauentionis derogat*

*pœnæ*

*pœnæ vel legali, vel conuentionali generaliter in caſu contrauentionis impoſitæ.*

6 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*

7 *Et maximè, quando prouiſio hominis eſſet ſpecialis, & prouiſio legis eſſet generalis.*

8 *Factum contra legis prohibitionem aliàs ipſo iure nullum quando ualeat.*

9 *Pœna legalis, & pœna conuentionalis in terminis l.ſi quis maior. C.de tranſact.quando utraque locum habeat, & quando ſolum conuentionalis.*

10 *Regula generi per ſpeciem derogatur, procedit in qualibet diſpoſitione, & inter prouiſionem legis, & prouiſionem hominis.*

11 *Prouiſio generalis non trahitur ad caſum, in quo fuit ſpecialiter prouiſum.*

12 *Pœna, & diſpoſitio l.ſi quis maior. C.de tranſact.locum in minore non habet.*

13 *Fideicommiſſo per quę uerba, & quando in quietatione, & renũciatione generali poſſit dici renunciatum, & nu. 36.*

14 *Ignorantia iuris quæ à pœna ratione doli impoſita excuſet.*

15 *Pœna d.l.ſi quis maior.ut committatur, dolum uerum requirit, & nu.38.*

16 *Et ab ea quis etiam ex ignorantia iuris præſertim impliciti, & intricati excuſatur.*

17 *Poſſeßio per uxorem, & omnes alios familiares, & domeſticos retinetur.*

18 *Auctor, & caput factionis, & armatorum de facto iniuſto, & uiolento illorum omnium tenetur.*

19 *Interdictum unde ui intentatur contra ſpoliantem, ſi de ſpolio conſtet.*

20 *Et ſpoliatus per illud ante omnia reſtituitur.*

21 *Nec aliud ſpolium ad impediendam reſtitutionem opponi poteſt.*

22 *Spoliatus agens interdicto unde ui in prophanis à reſtitutione non expellitur propter exceptionem defectus notorij proprietatis; ſecus in ſpiritualibus, & beneficialibus.*

23 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, etiã ſi ſpoliatio fuerit clandeſtina.*

24 *Spoliatus quando non eſt ante omnia reſtituendus, ſed cauſa proprietatis uel ante, uel ſimul cum cauſa reſtitutionis cognoſci debet, & num.ſeq.*

25 *Et quid, quando ageretur de reſtitutione fortilitij, & caſtri.*

26 *Et quid, quando reſtitutio fieri non poßet abſque ſcandalo, & præiudicio irreparabili.*

28 *Miles inuadens poſſeſſionem rei alicuius an, & quando à pœna l.ſi quis in tantam. C.unde ui excuſetur.*

29 *Pœna l.ſi quis maior. C. de tranſact. ſolum inter ipſos contrahentes locum habet, nec tertio præiudicat.*

30 *Laudum ſolemniter, & cum iuramento ratificatum, ac emologatum eſt omnia ſeruandum.*

31 *Renuncians iuribus, & bonis ſibi competentibus non poteſt ad illa amplius regreßum habere.*

32 *Spoliatus iuribus ſibi ex ſpolio, & uiolentia illata competentibus renunciare poteſt.*

33 *Pro dotium reſtitutione bona mariti tunc ab eo poſſeſſa tacite ſunt obligata, & hypothecata.*

*Et ad illa regreſſus haberi poteſt.*

34 *Quid ſi bona eſſent poſſeſſa per tertium ex contractu, & facto mariti, & is, cui dotes ſunt reſtituendæ, marito tanquam hæres ſucceſſißet.*

35 *Dotis reſtitutio de bonis fideicommiſſo ſubiectis non poteſt niſi in ſubſidium fieri.*

36 *Jus hypothecę, ac ẽt fideicõmiſſi per quæ uerba remiſſum dicatur.*

37 *Contraueniens in terminis. l.ſi quis maior. C. de tranſact. quod ius amittat.*

38 *Diſpoſitio, & pœna d.l.ſi quis maior.ut locum habeat, quid requiritur.*

39 *Cauſa quælibet etiam iniuſta ad effectum euitandi pœnam d. l.ſi quis maior. à dolo excuſat.*

40 *Iuris ignorãtia ĩ milite ꝑmittitur, et potius, quã dolus præſumitur.*

41 *Dolus ex eo, quòd quis non fecit id, quod ſciuit debere facere, non præſumitur in illo, in quo iuris ignorantia ad euitandam pœnã tolleratur.*

42 *Ex in obſeruantia tranſactionis quis non poteſt contra ali… obſeruantem obtinere, niſi omnia pro parte ſua in tranſact… promiſſa adimpleuerit.*

43 *Caſus, ſi deceſſerit ſine maſculis quoad effectum unus tantum… tatur, licet comprehendat caſum, ſi deceſſerit ſine maſculis… cum fœminis, & caſum, si sine ambobus deceſſerit.*

44 *Caſus impotentiæ uulgaris ſubſtitutionis quoad effectum un… tum reputatur, licet in pluribus uerificetur.*

45 *Aequalitas inter fratres, & filios conſeruanda, ut inuidia…*

46 *Agnatio, & familia ꝑ maſculos tãtũ, et nõ ꝑ fœminas cõſeru…*

47 *Teſtamenti pars una aliam declarat.*

48 *Verba eo ĩ caſu referũt, et demõſtrãt caſũ proximũ prius rel…*

*Pronomina hic, is, & ſimilia ſtant demonſtratiue.*

49 *Dictio etiam implicat, & ampliat idem in caſu omiſſo, & qu…*

50 *Dictionis implicatiuæ etiam natura quæ ſit.*

51 *Conditiones uoluntariæ de caſu ad caſum non extenduntur… eis caſus omißus habetur pro omiſſo.*

52 *Subſtitutio, & fidei commiſſum regulariter ſolum in caſibus com… prehenſis ſub uerbis locum habent.*

53 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit ad excludendum ca… ſum incluſum, & comprehenſum.*

54 *Mens, & diſpoſitio dubia teſtatoris poteſt ab hæredibus decla… ri, & illi declarationi eſt ſtandum.*

55 *Hæreditas etiam per uerba enunciatiua ſaltem prȩteriti… & facti dicitur adiri.*

56 *Filius hæres patris tenetur habere ratum factum à pat… ſuper rebus ipſius filii.*

57 *Hæres quis dr̃ factus ex agnitiõe, & ſolũone debiti ipſius de…*

58 *Filii poſiti in conditione an, & quando debeant dici uocati… ſiti in diſpoſitione; & quid in legatis uſque ad nu.67.*

59 *Legatarius ſimpliciter, & propriè non dicitur is, cui ultra… ſalem inſtitutionem fuit aliquid particulariter relictum… iure inſtitutionis.*

*Idem in inſtituto hærede in rebus particularibus.*

60 *Diſpõ ĩ exorbitãtib. loquẽs ĩ caſu ſimplici locũ nõ hẽt…*

61 *Idẽ, quãdo uerba, prout iacẽt, debẽt ĩtelligi, et nõ ſ…*

62 *Hæredi uniuerſaliter inſtituto ſi aliquid prælegetur, … legatum iure legati, & quando iure hæreditario capi…*

63 *Filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis non dicun… tur uocati, & honorati, quando teſtator uoluit ſuam diſpoſitio… nem debere ſeruari, intelligi, & interpretari, prout iacet, … de uerbo ad uerbum, & contrafacientes priuauit.*

*Et quãdo qualitas illa maſculinitatis operetur, ut dicãtur uoca…*

*Et quando non, nu.ſeq.*

64 *Nec dicuntur uocati, quando maſculi ſimul cum fœminis … in conditione poſiti.*

65 *Non dicuntur etiam uocati, quãdo teſtator plures ſubſti… gradus feciſſet contra Pet.de Anch.in conſi.73.*

66 *Et quid ſi filij poſiti in conditione eſſent grauati.*

67 *Ex ſubſtitutione facta in omnibus bonis an ſubſtitutio … res nominatos inuicem facta dicatur, & nu.68. remiſſ…*

69 *Verba, & hanc diſpoſitionem, demonſtrant, & comprehen… ſpoſitionem proximam.*

70 *Clauſula in fine poſita ſui natura potius ad proxima, quam … mota refertur maximè aliqua concurrente coniectura.*

71 *Teſtator hæredes ab inteſtato uenientes grauare poteſt, etiam … los non honoret.*

72 *Conditio ſi ſine filijs deceßerit quando in fideicommiſſo, & ſ… tutione ſubintelligatur, & quando non.*

## EPITOME.

Interdicto unde ui reſtitutorio conuentum a… na tempore ſpolii rapta, & exportata eſſe abſolu… quando nõ probatur ipſum intuliſſe ſpolium, au… lentiam, & è contra eſſe condemnandum, prob…

Pœna conuentionali, & pœna l. ſi quis maior… de tranſact. generaliter in quacunque conuen… impoſita non poſſe agi aduerſus contrauenien… eo caſu, in quo ſpecialis pœna eſt impoſita, uel ſp… liter prouiſum, & pœnam d.l. ſi quis maior. qu… do quis incurrat, & quomodo ab ea quis excuſ… hic habetur.

Remedium

Remedium poſſeſſorium reſtituēdæ unde ui rectè
datur contra eum, qui inuadendo ſpoliauit, & uiolen
ter eiecit, & in eo ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen-
dus, non obſtante exceptione alterius ſpolij, & pro-
prietatis oppoſita, quod uerum eſſe etiam in reſtitu-
tione caſtri, & fortilitij hic demonſtratur.

Subſtitutionem, ſeu diſpoſitionem factā à teſtato-
re in caſu, quo unus ex filiis ſuis inſtitutis decederet
ſine filiis maſculis, & cum filiabus fęminis, quas dota-
ri uoluit, ad fauorem alterius filii, per hæc uerba, in ca
ſu præmiſſo, & eo caſu, & etiam dicto filio decedente
ſine filiis maſculis, & fœminis, habere locum in caſu,
quo ſimpliciter ſine filiis maſculis decederet, non ha
bita cōſideratione, an cum fęminis, uel ſine decedat,
hic ex pluribus oſtenditur.

## CONSILIVM LVII.

IN cauſis nunc, ut dicitur, uertentibus co-
ram Magnificis Dominis Arbitris, & de-
ciſioni meæ per illorū literas cōmiſſis in-
ter Nobiles dominū Gottofredum Rota-
rium, litiſq; conſortes ex una, & dominos Baptiſtā, &
Scipionem fratres, & filios domini Amadei olim fra-
tris dicti do. Gottofredi, litiſq; cōſortes ex alia, ſuper
quibus plures clariſſimi aduocati pro utraq; parte cō
ſuluerunt, qui nihil penitus intactū dimiſerunt, adeò,
ꝙ ingenuè fatear me nihil dicturū, quod ab eis prius
dictum, & cogitatum non fuerit, uiſis ambarum par-
tium petitionibus, teſtium depoſitionibus, aduoca-
torum allegationibus, & omnibus alijs ſcripturis per
R. P. fratrem Philippum ordinis prædicatorum mihi
exhibitis, non ſeruando ordinem, quem aliàs in con-
ſulendo ſeruare conſueui, faciliori ſtilo, quo potero,
procedam, dando concluſiones, quas de iure uerio-
res eſſe arbitrabor, & remouendo fortiora obiecta, q̄
rem dubiam facere poſſent, & in primis aſſumam ea,
quæ pro parte domini Gottofredi, litiſq; conſortum
contra dominos Baptiſtam, & Scipionem, litiſq; con
ſortes petuntur, deinde diſcutiam ilia, quę è contra ꝓ
parte dictorum dominorū Baptiſtæ, & Scipionis con
tra do. Gottofredum proponuntur. ¶ Plura itaq; agē
do petit dominus Gottofredus, quē puto tanquā ſpo
liatum iam fuiſſe ad poſſeſſionē Caſtri Montis Baro-
ni reſtitutū, qm̄ reperio ſententiā ſuper reſtitutione,
& reintegratione dictæ poſſeſſionis fuiſſe ad illius fa-
uorem latam. Petit enim ipſe do. Gottofreddus pri-
mo, ꝙ ſibi, & litis conſortibus reſtituantur plurima
bona mobilia, & ſe mouentia, quæ tempore ſpolij per
dominos Baptiſtam, & Scipionē, litiſq; conſortes ex
1 caſtro prædicta rapta, & exportata fuere. † Ad quorū
reſtitutionē etiam competit remediū reſtitutorium,
uidelicet interdictum unde ui, ſicut ad reſtitutionē
poſſeſſionis rei immobilis inuaſæ, ut in l. 1. §. plane. &
l. 3. §. pertinet. ff. de ui, & ui arma. & non ſolum ad re-
ſtitutionē rerum ſuarum, uerū ēt illarum, quas ibi ha
buit, etiam ſi alienæ eſſent, ut in d. l. 1. §. quod autem.
& hoc remedium credo eſſe intentatum. ¶ Secundo
petit, ꝙ de bonis raptis, & exportatis, ac de illorū ua-
lore ſtetur iuramento ipſius domini Gottofredi iux-
ta l. ſi quando. C. unde ui, & c. fi. extra quod met. cau.
¶ Tertio petit, ꝙ dicti domini fratres puniātur in pœ
nis iuris, & conuentionalibus per eos incurſis ob in-
uaſionē dicti Caſtri, & ob contrauentionē cōuento-
2 rum, & tranſactorū inter eos, uidelicet ꝙ † caſu, quo
cōſtaret ipſos ius aliquod in dicto Caſtro Montis Ba-
roni habere, ob inuaſionē, quam clandeſtine, & uiolē
ter fecerunt, declarentur priuati, & priuētur omni iu-
re ſuo, illudq; ipſi do. Gottofredo adiudicetur. Sin ue
rò nullum ius in dicto Caſtro habere reperiant, tunc
in æſtimatione dicti Caſtri, ac aliorum inde ablatorū
condemnentur iuxta tex. cū materia in l. ſiquis in tā-
tā. C. unde ui. Pęnæ ēt iuris, & cōuentionales, ad quas
do. Gottofredus contra dominū Baptiſtā agere poſſe
prętendit, ſunt illæ, de quibus habetur in quodam in-
ſtrumento compoſitionis, & tranſactionis factę inter
dictos dominū Gottofredum, & dominū Scipionē ex
unà, & dominū Baptiſtam ex altera de anno 1537. die
11. Auguſti, in qua plura hinc inde fuerunt cū iuramē
to promiſſa, inter quæ do. Baptiſta pro releuatione, &
indemnitate do. Gottofredi non promiſit ſoluere, ut
tenebatur, nec ſoluit do. Priori S. Secundi de turri ru-
bea canonem, ſeu affictum quēdam, nec præfatus do
minus Baptiſta infra octo dies à die conuentionis, &
tranſactionis factæ cauit per idoneos fideiuſſores de
obſeruando promiſſa. Ac ēt ipſe do. Baptiſta trāſactis
dicitur contraueniſſe, in quantum remiſit omnia, &
quęcunque iura, quę haberet, & habere poſſet & ex te
ſtamēto, & ex codicillis olim domini Baptiſtæ patris
dicti do. Gottofredi, & non ſeruando huiuſmodi con
uenta ipſi domini Baptiſta, & Scipio uirtute conten-
torū in dicto teſtamento petunt, & agunt contra do-
minū Gottofredū ad dictum caſtrum Mōtis Baroni,
& conſequenter tranſactioni prædictæ contraueniſſe
dicuntur, & propterea ambo ipſi fratres dicuntur effe
cti indigni omnibus in dicto inſtrumento tranſactio
nis contentis ad illorum fauorem facientibus, & te-
nentur ad pęnas iuris, ac conuentionales, de quibus
in dicto inſtrumēto, & ideò ipſi domino Gottofredo
licitum eſt à conuentis, & per eum promiſſis in dicto
inſtrumento trāſactionis recedere, & redire ad prius
conuenta, & tranſacta ad fauorem ipſius domini Got
tofredi de anno 1530. & 1535. de quibus ex inſtrumē-
to publico conſtat, in quo do. Baptiſta confeſſus fuit
ſe eſſe debitorē domini Gottofredi in ſumma duorū
millia ducatorū, & conſtituit ipſum dominum Got-
tofredum gubernatorē, & uſufructuariū caſtri Septi-
marū, & aliorum quorūcunq; bonorum ſuorū, à qui-
bus receſſum fuit per inſtrumentū prædictū factū de
anno 1537. Quo fit, ut contra dictos fratres uendicet
ſibi locū diſpoſitio d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. ut
ipſi rōne periurij nō ſint ſuper iuribus dicti caſtri Mō
tis Baroni audiendi. Hæc ſunt in effectu, quæ per do-
minū Gottofredum cōtra dictos dominos Baptiſtā,
& Scipionem petuntur, ac intentantur. ¶ Sed quoad
primum petitum concludo, præfatum dominum Ba
ptiſtam à reſtitutione dictorū bonorum mobilium,
& ſe mouentium fore, & eſſe abſoluendū, prout aliàs
per dominū Vicariū Illuſtris domini Gubernatoris
de anno 1538. die 20. Decembris fuit abſolutus, uelu
3 ti ex illius ſententia apparet, qm̄ † non conſtat fuiſſe
cōcludenter probatum, ꝙ do. Baptiſta dictum caſtrū
uiolenter inuaſerit, & bona mobilia, & ſe mouentia
rapuerit, ſeu exportauerit, aut rapi, ſeu exportari fece-
rit, uel mādauerit, ſeu hoc ratum habuerit iuxta text.
in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. & in l. 1. §. deieciſ
ſe. & in §. ſed ſi cum. ff. de ui, & ui arma. ſed potius cō-
trarium reperitur probatum, uidelicet dominū Ba-
ptiſtam ſpolio non interfuiſſe, ſed ex poſt facto ad di-
ctū caſtrum Montis Baroni acceſſiſſe gratia euitandi
ſcandala, & ne bona in caſtro exiſtētia à militibus di-
riperentur, & exportarentur, ut conſtat ex depoſitio-
nibus plurium teſtiū tam pro parte ſua, quàm ēt pro
parte domini Scipionis, ac ēt domini Gottofredi exa
minatorum, & quamuis eo tēpore, quo dominus Vi
carius, & dominus Prætor Aſty iuerunt ad dictū ca-
ſtrū, eorū nomine mandatū fuerit domino Scipioni,
& domino Baptiſtæ, ac aliis in caſtro exiſtētibus, q̄ il-
lud occupabāt, ut e caſtro exire, illudq; relaxare debe
rēt, & dominus Baptiſta mādatis nō paruerit, & cōſe

quente.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quenter fuerit pronunciatū ipſum fuiſſe inobedien-
tē,pœnasq; comminatas incurriſſe, tamen ob hoc di
ci non poteſt dictū dominū Baptiſtam fuiſſe uiolēter
dictū caſtrū ingreſſum, & illud illicitè occupaſſe, nā
tempore dicti præcepti facti dominus Scipio,qui erat
caput factionis,& armatorum, & cuius nomine, ab-
ſente domino Baptiſta,uiolentia fuit illata, & ſpoliū
factū,& caſtrū occupatum retinebatur,non erat præ-
ſens,& caſtrum non retinebatur occupatum nomine
ipſius domini Baptiſtæ,nec in facultate,ſeu poteſtate
ipſius erat dictū caſtrū relaxare,ſed ſolum in poteſta-
te eorū militū,quos dominus Scipio ad illius cuſto-
diam dimiſerat, & contrarium huius,uidelicet domi
num Baptiſtam hāc habuiſſe poteſtatem , probatum
non fuit,iuxta ea,quæ habētur in d.c. cum ad ſedem.
& in c.conſultationibus.de offic.deleg.l.quoniam.&
l.ſeruos.C.ad l.iul.de ui pub.cum ſimilibus. Ex qbus
infertur,ꝙ contra dictum dominū Baptiſtam nō po-
tuit intentari remedium d.l. ſi quis in tantam. quod
4 datur ratione uiolentiæ dolo illatæ,ut in d.l.† Minus
ēt contra eum poteſt deferri iuramentum in litem re
ſpectu bonorum raptorum in loco tēpore ſpolij, qa
hoc eſt introductum in odium prædonum ob diffici-
lem probationem,ut in d.l.ſi quando.& in d.c.fin. cū
ibi nota. & cum hic ſit effectus, qui prouenit uiolen-
tia,& non probetur,ipſum dominum Baptiſtā intuliſ
ſe ſpolium,aut uiolentiam aliquā, & in eo dolus non
fuerit,quia de mane poſt cōmiſſum ſpolium caſtrum
bono aīo adiuit,uidelicet ut rapinæ, & exportationi
bonorū obuiaret,ueluti pro parte ſua probatū fuit,ut
in proceſſu continetur,ergo contra ipſum nō poteſt
habere locū diſpoſitio d.l.ſi quando.& d.c.fin.ut col-
ligitur ex ijs,quæ uolunt Bal.& alij doct.in d. l. ſi qn̄.
¶ Rurſus dico dominū Baptiſtā non teneri pœna d.l.
ſi quis maior,nec pœna conuentionali. Primo, quia
rōne ſpolij,ſeu uiolentiæ,quam non intulit, non pōt
dici promiſſis,& iuratis per eum in dicto inſtrumēto
tranſactionis contraueniſſe. Secūdo nec eo reſpectu,
ꝙ canonem Priori ſancti Secundi nō ſoluerit,ſeu ſol-
uere non promiſerit, prout ipſe dominus Baptiſta ſe
5 obligauerat. Quia dico,† ꝙ & ſi conſtaret ipſum do-
minum Baptiſtam in hoc ꝯueniſſe, adhuc tamen pœ
na conuentionali,ſeu d.l.ſi quis maior.nō teneretur,
qm̄ in caſu huius ꝯuentionis expreſſè , & ſpecialiter
prouiderunt,uoluerūt enim ꝙ in caſu, quo dominus
Baptiſta non promitteret ſoluere , ſeu non ſolueret,
tunc licitū eſſet domino Gottofredo eius propria au-
ctoritate capere tot,& tātum de fructibus Maſſaritij
ſiti in finibus &c.pro illa uice,ſeu uicibus, pro quibus
per præfatum dominū Baptiſtā ſoluere ceſſatum fuiſ
ſet,ergo in caſu,quo dominus Baptiſta ſoluere ceſſaſ
ſet,ipſe non dr̄ aliter incurrere pœnas conuentiona-
les,nec d.l.ſi quis maior. ex quo in hoc caſu aliter, &
6 de alia pœna ſpecialiter fuit prouiſum, quia † proui-
ſio hominis tollit,& ceſſare facit prouiſionem legis.
l.fi.C.de pact.conuen.& l. ſi cum dotē. ibiq; ſcriben.
7 ff.ſoluto matrim.& † maximè quando prouiſio legis
eſſet generalis,prouiſio autem hominis ſpecialis, ad
tradita per Bal.in l.ſi quis.§.certū.circa fi.C.de ſecūd.
nupt. At in caſu noſtro pęna d.l.ſi quis maior. eſt ge-
neralis,ergo illi dicetur derogatum ex conſenſu par-
tium ſpecialiter alio modo in aliquo caſu contrauen
8 tionis prouidendo. Ad quod facit id, † quod uolunt
Bar.Bal.& alij in l.non dubiū.C. de legibus. ubi factū
contra legis prohibitionē,quod aliàs eſt ipſo iure nul
lū. l.quēadmodū.C.de agricol.& cenſi.lib.11.& in d.
l.nō dubiū. ualet,quando lex ulterius procedēdo cer
tam pęnā adijceret in caſu, quo ꝯ legis prohibitionē
fieret,lex enim certam,& ſpecificam pęnā adijciēdo
vr̄ à pęna gn̄ali annullationis actus recedere. Ex qui-

9 bus infero,ꝙ † licet in terminis.d.l. ſi quis maior
concurſus utriuſque pęnæ,uidelicet conuention
ac etiam legalis,ut ibi ēſt text.& doctor.omnes,
illud eſt intelligendū, quando pęna conuentio
eſſet generalis, hoc eſt generaliter appoſita in
quo tranſactio non ſeruaretur, & in quocunque
contrauentionis,nā cum utraque pęna uidelicet
gis,& conuentionalis ſit generalis, una non to
liam,ut ibi,ſecus ſi pęna legis eſſet generalis,&
raliter appoſita, quomodocunque quis tranſact
contraueniret,pęna uero conuentionalis eſſet
lis,& ſolum appoſita in caſu certo , & ſpecifico
contraueniretur,quoniam tunc quoad illum c
certum,& ſpecificum ſolum pęna conuentiona
non legalis locum haberet per regulam generi
10 ciem derogatur, † quæ regula paſſim in qualib
ſpoſitione procedit,ut in c.1.de reſcrip.& reg.
per ſpeciem cum materia.de reg.iur.in 6.& in
ſionem legis,& prouiſionē hominis,ut per B
l.ſi quis. Ergo in caſu noſtro ſolum fuit licitu
no Gottofredo uti propria auctoritate in ca
fructus Maſſaritij dicti domini Baptiſtæ ipſo d
Baptiſta canonem præfato domino Priori non
te,nō aūt uti beneficio d.l.ſi quis maior.per pr
11 ac ēt quia † prouiſio generalis nō trahitur ad c
in quo ſpecialiter,& particulariter fuit ꝓuiſum
li clauſula.cum ibi not.ff.de uerb.oblig.Bart.i
uus communis ſibi.ff.de ſtipul.ſeruo. cum ſim
12 ¶ Præterea, † ut mihi fertur, dominus Baptiſ
& eſt minor,ergo in eo contrauenięte diſpoſi
pęna.d.l.ſi quis maior etiam ratione periurii
bere non pōt,quæ ſolum in odium periurātis
troduxit,quando ille, qui periurauit, & contr
eſt maior annis 25.ut ibi eſt text.clarus: & iura
tum quoad pęnam d.l.nō facit minorem
maiore, ad tradita ibi per Alex.Iaſ.& alios
per illum textum. ¶ Rurſus conſtat,domin
ſtam nō incurriſſe aliquam pęnam ex eo,ꝙ pro
& conuenta non obſeruauerit, qm̄, ut ex produ
eum apparet,ipſe uſus fuit diligentia in ſoluendo
nonem dicto domino Priori,ut promiſerat,
ſtat ex quodam inſtrumento intimationis: item
infra octo dies præſtitit fideiuſſorem de obſer
promiſſa, ut in alio inſtrumento producto
reſtituit etiam equos,& animalia , quos, & q
miſerat domino Gottofredo reſtituere, ut c
depoſitiones pluriū teſtium examinatorum.
rea ex eo,ꝙ dominus Baptiſta inſteterit ſu
ne,& remiſſione Caſtri montis Baroni adu
minum Gottofredum ad effectum , de quo
non poteſt dici contraueniſſe tranſactioni
13 ea parte, † in qua ambæ partes tranſigendo
& ad inuicem quietauerunt,& remiſerunt om
quod ipſis nunc,& in futurū competere poſſet
tute teſtamentorum domini Baptiſtæ antiquio
domini Amadei,quæ teſtamenta dixerunt ſe
& legiſſe, & latius in forma latiſſima , per qua
talis dicitur facta quietatio,& renunciatio, ut p
dici poſſit renunciatum fideicommiſſo facto in
mento dicti domini Baptiſtæ,& cōſequenter ēt
cōmiſſo facto,ac iuribus ipſi domino Baptiſtæ
ri cōpetentibus ſuper dicto caſtro,per ea, quæ
Bar.quē doct.cōiter ſequuntur in l.qui Romæ.§.
fratres.in 4.q.& ibi Alex.ff.de uerb.obl.& clari
plenius p Alex.poſt alios,quos allegat ibi in 5.q.
in col.40.& allegat Bal.in c.1.Impera.Lothar.in
col.& pręcipuè,quando in quietatione gn̄ali,&
eo modo,quo in caſu noſtro facta fuit,iurament
teruenit,& dictū fuit,uiſis,lectis,& cognitis uer
ſtamēti,& ꝙ renūciatio,ac qetatio deberet ex
cogi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cogitata, cognita, & non cognita, ut ibi optimè habe
tur per Alex.q̃a dico, ꝙ licet ex hoc culpa aliqua poſ-
ſit do.Baptiſtę imputari, non tamen dolus, q̃m potuit
uериſimiliter dici do.Baptiſtam ignoraſſe, ꝙ ex prædi
ctis uerbis dicatur renunciatũ fideicõmiſſo facto in
teſtamento aui, & iuribus ex eo competentibus, nam
ſuper hoc etiam doctores excellẽtiſſimi, & maximæ
auctoritatis dubitauerunt, ac uariauerunt, ut põt col
ligi ex iis, quæ ponunt Bart. Alex. Ang. Bal. & alii do-
cto. antiqui in d.§. duo fratres. in 4. & 5. q. ergo do. Ba-
ptiſta petendo dictum caſtrum Montis Baroni uirtu-
te eorum, quæ do. Baptiſta antiquior diſpoſuit, nõ po
teſt dici hoc malitioſè, fraudulenter, & doloſè feciſ-
ſe, propterea, ꝙ ꝑ certo ſciuerit ius fideicõmiſſi fuiſ-
ſe per uerba poſita in dicta tranſactione remiſſum, nã
q̃nque poteſt contingere tale ius eſſe, ꝙ prudentiſſi-
mos quoque falleret, prout dicitur de ignorantia fa-
cti in l.2.ff. de iuris, & fac. ignor. & † talis ignorantia
iuris excuſat ſaltem à pœna, quæ ratione doli impo-
nitur, ut not. declarat Salyc. in d.l.2. per text. in l.ſi qs
id, quod.§.doli.ff.de iuriſd.om.iud.& in l. ſi adulteriũ
cum inceſtu.ff.de adult. Alex. poſt Bar. in l.clodius.ff.
de acq.hæred.& in conſi.92.in ult.col.uolu.1. ubi ple
nè hoc ponit. Sed † pœna, quę in terminis d.l. ſi quis
maior. imponitur, dolũ uerum requirit, ut not. uoluit
Bal. in l.obſeruare.§.paciſci.ff.de offi.ꝓconſ. in 3.col.
& ſequitur Alex. in l.fin. circa fin.ff. qui ſatiſd. cogã.&
in d.conſi.92. col. pen. & eſt cõis opinio. Et quamuis
Iaſ. in d.l.ſi quis maior. in 1.col. contrariũ attentaue-
rit, tñ ipſe ab illa opinione non eſſe recedendũ atteſta
tur, nam dicit durum eſſe propter auctoritatẽ Bal. ab
illius opinione recedere, quam Alexã. ſequitur, & illi
nullus cõtradicit. Ergo ex prædictis infertur, ꝙ cõtra
do. Baptiſtam ceſſant oẽs pœnæ tàm iuris, quàm con
uentionales, quas do. Gottofredus in ſuo libello ad-
uerſus eum proponit, & de quibus habetur in allega-
tionibus ipſius: & conſequenter nullus ipſi do. Got-
tofredo regreſſus cõpetit ad tranſactionẽ prius factã
de anno 1530. per quam do. Baptiſta conſtituerat do.
Gottofredum adminiſtratorẽ, & uſufructuariũ, & ſe
eiuſdem debitorẽ in ſumma duorũ milliũ ducatorũ
conſtituerat, ut ſupra. Abſoluẽdus eſt igitur do. Bapti
ſta ab iis, quæ do. Gottofredus contra eum intẽtauit,
16 & maximè à pœna d.l.ſi quis maior. † à qua quis excu-
ſatur ẽt ex iuris ignorantia, & præſertim q̃n eſſet igno
rantia iuris intricati, atque impliciti, ut in c.dilectus.
ibiq; do. Anto. de conſuetud. & Alex. in d.conſi.92. in
ultima col. uolu. 1. ¶ Sed utrum idem dicendũ ſit de
domino Scipione, quem conſtat ſpolium cõmiſiſſe,
& uiolenter eieciſſe dictũ dominũ Gottofredũ, eiiciẽ
do uxorem, & oẽs alios illius familiares, & domeſti-
17 cos, † quibus mediantibus ipſe poſſeſſionẽ retinere,
& poſſidere dicebatur, iuxta tex. in l.1.§. idcirco. cum
glo. & in §. non alii autem. ff. de ui, & ui arma. & præ-
ſupponendo, prout ueritas ſe habet, ꝙ conſtet de ſpo
18 lio facto per ipſum dominũ Scipionem, † qui fuit au-
ctor factionis, & caput illorum militum, qui caſtrum
ingreſſi fuerunt, de quorum facto iniuſto, & uiolen-
to ipſe dicitur teneri, ut in d.l.quoniam. C. ad l.Iul. de
ui pub. & de dicto ſpolio uerè cõſtat ex depoſitionib.
teſtium diuerſis uicibus pro parte domini Gottofre-
di examinatorum, nec non ex dictis teſtium pro par-
te præfati domini Baptiſtæ ad eum excuſandũ coram
eodem iudice, & in eadẽ inſtantia examinatorũ, qui
teſtes ſuper dicto ſpolio à domino Scipione cõmiſſo
ſatis cõcludenter deponũt, ſi rectè illorũ dicta inſpi-
19 ciantur, ex his inferri poſſe vr̃, † ꝙ contra ipſum dñm
Scipionẽ intentari potuerit remediũ poſſeſſoriũ reſti
tuendæ, quod, ut eſt iuris notiſſimi, interdictũ vnde
ui appellatur, ut per totum ff. de ui, & ui arm. & C. vn
20 de ui, & in c.cum ad ſedẽ. de reſti. ſpol. † per quod ſpo-
liatus ante omnia reſtituitur. l.ſi quis à ſe fundum. C.
21 de ui pub. & priua. cum ſimilibus. & † ad huiuſmodi
reſtitutionẽ impediendã non poteſt de alio ſpolio op
poni, prout oppoſuit do. Scipio, quoniam ultimum
ſpolium eiuſdem rei prius eſt purgãdum, ut habetur
per Abb. & alios in c.ſi. in pen. col. de ordi. cogni. l.3.
§.cũ igitur. ff. de ui, & ui arma. §. recuperandę. inſti. de
interdic. & c.in literis. de reſtit. ſpolia. Recta igitur, &
& iuſta fuit illa prima ſnĩa domini Vicarii lata die 4.
Octobris anno proximè præcedenti 1538. qua pronũ
ciatum fuit do. Gottofredũ ante omnia eſſe reſtituẽ-
dum, & reintegrandũ ad poſſeſſionẽ dicti Caſtri Mõ-
tis Baroni, nõ obſtante exceptione alterius ſpolii per
dominum Scipionẽ contra dominũ Gottofredũ agẽ
tem oppoſita, nec obſtante exceptione notoriæ pro-
prietatis, per quam ſecundum aliquos reſtitutio im-
pediri poteſt, ut tangitur per Alex. poſt alios in d.l.na
turaliter. §. nihil commune. in 8. & 13. col. quoniã in
terminis noſtris proprietas do. Scipionis, & do. Bapti
ſtæ in dicto caſtro non dicitur notoria, quinimò nul-
lum ius, ſeu nullam proprietatẽ in eo habent, ut infra
22 latius dicetur. Præterea † utrum exceptio notoriæ ꝓ-
prietatis in prophanis ſpoliatum agentẽ interdicto
vnde ui excludat, penes me eſt ſatis dubiũ, quia in ſpi-
ritualibus, & beneficialibus non eſt negandum, quin
defectus notorius proprietatis illũ excludat, per ea, q̃
pro hac parte adducuntur, in prophanis uerò fortè ꝯ-
rium eſt uerius, ꝙ ꝓprietatis defectus notorius reſti-
tutionẽ nõ impediat, ut plenè diſcutio in c.in literis.
de reſtit. ſpol verũ cum in præſentia hac indagine nõ
ſit opus, ideò diſputatione huiuſmodi omiſſa ſto cũ
23 prima reſponſione. Non † potuit ẽt pręedictã reſtitu-
tionẽ impedire, ꝙ ſpoliatio fuerit clãdeſtina, quia &
ſi plures uoluerint hoc modo debere limitari regulã
ꝙ ſpoliatus ante oĩa ſit reſtituendus, tamen uerior, &
cõior eſt opinio cõtraria, quam ſequor poſt Alex. qui
hunc articulum examinat in d.§. nihil cõe. in 2. limi-
tatione. col. 10. ¶ Iuſta etiam fuit ſententia reſtituto-
24 ria non obſtante exceptione illa, † ꝙ ex quo ageba-
tur de reſtitutione fortilitii & caſtri, cuius recupera-
tio eſt difficilis, & exequutio ſententiæ latæ ſuper peti
torio poſtea facilè poſſet impediri, exceptio proprie-
tatis facit, ut ſpoliatus non ſit ante oĩa reſtituendus,
ſed cognoſcenda ſit cauſa proprietatis ſimul cum cã
reſtitutionis, ut uolunt Pau. de Caſt. & mod. in l.2. C.
de edic. diui adr. toll. & ſequitur Alex. in d.§. nihil cõ-
mune in 5. limitatione. col. 12. principaliter per ea, q̃
in ſimili uoluit Bal. limitando regulam d.l. ſi quis à ſe
fundum per tex. in c. lileras. extra de reſtit. ſpol. & per
nota. in c.1. eod. titu. & in c. benè quidem. per glo. 96.
diſtin. ubi non fit reſtitutio, quando abſque irrepara-
bili præiudicio fieri non poſſet. Secundo per ea, quæ
in ſimili uoluit do. Anto. in c.ex parte. in ult. col. de re
ſtit. ſpol. & habetur per Feder. in conſi. 283. quòd quã-
do reſtitutio fieri non poſſet abſque ſcandalo, ſeu nõ
admittendo exceptionem proprietatis ſcandalum ſe
qui poſſet, tũc ante cognitionem proprietatis illico,
& ante omnia non eſt reſtituendus, exemplificando,
ut facit Federic. quem refert, ac ſequitur Alexan. in d.
25 5. limitatione. Quia † in terminis noſtris reſtitutio
fortilitii, & caſtri fieri potuit, & debuit prius, quàm de
proprietate oppoſita diſcuteretur, quamuis recuperatio
tio è manibus ſpoliati poſtea difficilis eſſe poſſet, nã
exceptio proprietatis illico probari non poterat, nec
in promptu erat, & ideò reſtitutio non potuit impedi
ri opponendo de proprietate, cuius probatio nõ erat
in promptu, argũ not. per gl. in l. ſi quis cõductionis.
C. locati. & in l.dolo facit cũ ibi not. per gl. ff. de exce.
doli. & habetur in d.l.2. C. de edic. diui adr. toll. Proce

deret

deret, ergo dictum Pauli de Caſt. in d. l. 2. quando agē
ti ſuper ſpolio opponebatur exceptio proprietatis, cu
ius probatio facilis, & in promptu erat, ut eſt de men
te Bal. & ſequacium in dicta limitatione. & hoc clarè
apparet ex dicto Bald. ut refert Alex. in d. 5. limitatio-
ne, qui uoluit, ꝙ quando ex reſtitutione damnū irre-
parabile ſequi poſſet, ut quia rei recuperatio poſſet eſ
ſe difficilis, tunc reſtitutio rei impediatur, ſi opponi-
tur de proprietate, cuius probatio facilis, & in prom-
ptu eſſet: ex quo dicto poſtea Pau. de Caſt. in d. l. 2. in-
fert ad caſum fortilitii, ergo uoluit intelligere in ter-
minis, in quibus loquitur Bal. uidelicet qn̄ exceptio-
nis dominii probatio facilis eſſet, & in promptu, arg.
not. per Bart. in l. nō ſolum. §. liberationis uerba. ff. de
libera. lega. Secus igitur, ſi probatio proprietatis non
eſſet in promptu; ſed in caſu noſtro probatio nō erat
facilis, nec poterat dici eſſe in promptu, ut conſtitit
poſtea ex proceſſu facto, in quo de iure proprietatis
ipſorum nondum eſt probatū, ergo &c. Præterea hoc
dictū Pauli de Caſtr. ita ſimpliciter intellectū non vr̄
abſque difficultate procedere per regulā d. l. ſi quis à
ſe fundū. in conſideratione enim eſſe non debet peri-
culū, & præiudiciū, ſed ſcandalū, quod poſſet contin-
gere in recuperando caſtrum, eiusq; poſſeſſionē ex
manibus ſpoliati, cui reſtitutio fieret, ſicut nō fuit in
conſideratione eo tpe, quo prius fuit à prędone occu
patū, ne melioris conditionis eſſet malus, quā bonus
& ſtultus, quam peritus, iuxta l. ſeruius. ff. quod ui. aut
clam, & c. cum qui. de præben. in 6. nā ſicut p̄ſupponi-
tur, ꝙ ſuperior iuris remediis potuerit cogere prędo-
nem ad reſtituendū caſtrum ſpoliato, ita ex parte ſpo
liati reſtituti præſupponendū eſt, ꝙ iudex poſſit iuris
remediis cōpellere ipſum ſpoliatū domino reſtitue-
re. ¶ Pręterea ubicunque recuperatio fortilitii facilis
eſſe poſſet, & ſuſpitio ſcandali, ac damni irreparabilis
ceſſaret, tunc de mente omniū eſſe vr̄, quòd etiam for
tilitii reſtitutio illico, & ante cognitionē proprietatis
facienda eſſet à ceſſante ratione: ſed hoc fieri pōt me-
diante promiſſione pœnæ, & datione fideiuſſorum,
qui pro ſpoliato fideiuberent de reſtituendo caſtrnm
in euentum, in quem de dominio, & iure ipſius præ-
donis, & non iure ſpoliati reſtituti conſtaret, argumē
to l. 1. & per totum. ff. de iudi. ſol. & l. ſancimus. C. de
26 fideiuſſo. cum ſimilibus. ergo &c. ¶ Non † obſtat di-
ctum Bal. in d. 5. limitatione, quòd quando reſtitutio
non poſſet fieri abſque pręiudicio irreparabili, exce-
ptio proprietatis admittitur. per textū in d. c. literas.
Idem, quando reſtitutio abſque ſcandalo fieri non va
leret, ut in caſu, quem ponit Ant. in d. c. ex parte. & Fe
deri. in d. conſ. Quia reſpondetur primo, quo ad ter-
minos. d. c. literas, ꝙ ibi ex reſtitutione tale pręiudiciū
irreparabile ſequi poterat, ꝙ per dationem fideiuſſo-
rum, ſeu aliter reparari non poterat, nam facta reſtitu
tione mulieris mors mulieris ſequi potuiſſet, quę po-
ſtea nullo modo poterat reparari. Secus ſi aliquo iu-
ris remedio poſſet obuiari dāno, & pręiudicio, quod
ex reſtitutione ſequi poſſet, ut uidetur probare tex. in
d. c. literas. in fin. uer. cum ibi nota. per gloſ. Secundo
reſpondetur quo ad ea, quæ uoluit Anto. & Federi. ꝙ
ex natura ipſius reſtitutionis ſcandalum ibi ſequeba-
tur, uidelicet mutatio habitus diuerſimodè in ipſo
monacho reſtituto, quod uidetur ſatis abſurdum. ar-
gumento eorum, quæ habentur in c. cum autem. de
iure patro. & c. cum Ioannes de regula. & ideò prop-
ter uitandum hoc ſcandalum reſtitutio impeditur. c.
nihil cum ſcandalo. cum materia. de pręſcrip. ſed quā
do ex natura ipſius reſtitutionis ſcaudalū non immi-
neret, nec facta reſtitutione ſcandalum neceſſario ſe-
queretur, ſed ex poſt facto ex inobediētia, & facto ho
minis à iure reprobato, tunc huiuſmodi ſcandalū nō

eſt conſiderandū, & reſtitutio eſt facienda, cum ſu
rior poſſit illi ſcandalo iuris remediis obuiare,
ctū fuit, & ueluti ſapiēter, & rectè fecit do. Vica
qui tulit ſententiam reſtitutoriā ad fauorem do
Gottofredi contra dominum Scipionem, litiſq;
ſortes, præſtita cautione cum idonea fideiuſſion
ex tenore ſententiæ cōſtat. ¶ Ex prędictis ēt infe
27 ꝙ † rectè proceſſit præfatus dominus Vicarius,
ſtando iuramentum domino Gottoſredo iuxta
minos d. l. ſi quando. & d. c. fin. ad probandū bo
ta, & exportata, illorumq; ualorem, nam cum
lentia, & ſpolio facto per dominum Scipionē
& legitimè conſtiterit, meritò potuit tale iuram
in odium ipſius ſpoliatoris deferri, ut in d. l. ſi q
Potuiſſet etiā do. Iudex, ſi uoluiſſet, declarare
dominum Scipionē cecidiſſe ab omni iure, quod
bebat, ſi quod habebat, in dicto Caſtro Montis
ni, aut illum in æſtimatione dicti Caſtri, aliorum
bonorum mobilium raptorum condemnare
28 dum teminos l. ſi quis in tantam. C. vnde ui.
tè iudex hoc facere omiſit, præſupponendo
Scipionē cum ſequacibus eſſe militē, quod
probatum, iudex ſecundum aliquos doctor.
tuiſſet dictum dominum Scipionem, & ſequa
iure punire pœna. d. l. ſi quis in tantam. ut habe
Sal. poſt Bar. & alios in d. l. 1. in 3. q. ſed quia n
probatum, ipſum dominū Scipionē eſſe milit
do de militibus, qui priuilegio militum gau
bent, iuxta l. 1. ff. de milit. teſtam. ac ēt quia mi
aliæ ſimiles perſonæ non excuſantur à pœna
in tantam, niſi qn̄ inuadunt rem, quæ uerè ſua
ibi uolunt Sal. & alii cōmuniter poſt Bart. Ideo
debuiſſet dictum dominū Scipionē punire pœ
ex quo do. Gottofredus hoc petierat, nam caſtr
tis Baroni non reputabatur, nec erat proprium
domini Scipionis, neque hoc probatum fuit. Qua
tem dominus Scipio ceciderit à iure ſuo,
cti Caſtri, ac ab aliis petitis ex eo, ꝙ contra
nem iuratam uenerit, concludo, ꝙ non, quoniam
ſpectu domini Gottofredi non poteſt dici, quòd
minus Scipio contrauenerit alicui tranſactioni,
pacto factæ, uel facto cum domino Gottofredo,
enim interuenerit tranſactioni factæ de anno 15
die 11. Auguſti, nō tamen interuenit tanquam
ſeu tanquam contrahens cum domino Gotto
ſed ſolum cum domino Baptiſta eius fratre,
nore dicti inſtrumenti conſtare dicitur: ergo
dominum Gottofredum non poteſt dici
nem contrauenißſe, aut incurriſſe aliquam
29 uentionalē, nec pœnam d. l. ſi qnis maior.
habet locum inter ipſos contrahentes, nec
iudicat, ut habetur in d. l. ſi quis maior. & per
in d. conſi. 92. Præterea, ueluti ſupradictum fuit
na illius legis non extenditur ad minorem an
contrauenientem, qualis eſt dominus Scipio.
poſtea hoc anno 1539. die 19. Martii factum
quoddam compromiſſum inter ipſum domin
tofredum ex una, & dictum dominum Scipione
altera ſuper litibus, & differentiis inter eos ue
bus ſuper dictis bonis mobilibus tēpore ſpolij
& exportatis, & ſuper damnis, ac intereſſe dicti
ni Gottofredi, litiſq; conſortum, deinde ſequ
fuiſſet laudū ab ipſis partibus expreſsè, ac toto
tenore expoſito ſolemniter, & cū iuramento
gatum, & approbatū, equidem ſtarē iis, quæ ſup
ximè contra dominū Scipionē dixi, & ab illis nō
30 derem. Sed † cū extet dictum laudū ut ſupra
tum, & emologatū, illud omnino ſeruandū eſt,
eo non recedendū. l. ne in arbitris. §. ſi qs aūt. C.
bitr. & doct. in c. quintauallis. de iureiur. Quoad

mas ergo, quantitates, & res, in quibus do. Scipio fuit
ipſi do. Gottofredo cōdemnatus, ipſe do. Scipio tene
tur illas do. Gottofredo & cōſortibus dare, & præſta
re, & ſimiliter do. Gottofredus illa ſeruare, & adim-
plere tenetur, in ꝗbus fuit cōdēnatus, nec pōt eis cō-
trauenire. d. l. ne in arbitris. cū ſimili. Et cū, ut ex teno
re dicti laudi apparet, do. Gottofredus, litiſq; cōſor-
tes cōdēnati fuerint, ꝙ ſtare deberent taciti, & contē
ti iis, in ꝗbus do. Scipio fuit cōdēnatus, pro omni eo,
& toto, q̄d occaſione, & cauſa dicti ſpolii, & pro oīb⁹
dānis, & intereſſe do. Gottofredus, & alii petere poſ-
ſunt, & ꝙ aliquid ultra ratione dictæ uiolentiæ pete-
re, & exigere nequeant: & in alia parte dicti laudi di-
ctus dñs Gottofred⁹, litiſq; cōſortes cōdēnati fuerint,
ꝙ ſtare debeant taciti, & contenti ſummis, & rebus,
in quibus ipſi arbitri cōdemnauerunt dictū do. Sci-
pionē, & litis cōſortes, & ꝙ debeant quietare, abſol-
uere, & liberare prædictos do. Scipionē, & alios ſuos
cōſortes ab oī eo, & toto, ꝙ ipſe do. Gottofred⁹, ſuiq;
cōſortes poſſent ratione ſpolii, uiolentiæ, & exporta-
tionis bonorum petere, & exigere: cōcludo, & uerū
eſſe puto, ꝙ do. Gottofredus, ſuiq; cōſortes nō poſ-
ſint amplius agere, nec obtinere, ꝙ do. Scipio cōdē-
netur in pœnis, de quibus in d. l. ſi quis tantā. nec etiā
in aliis pœnis iuris, & cōuentionalibus, quas fortè rō
ne ſpolii, & uiolentiæ ab eo commiſſæ ſuper dicto ca
31 ſtro, & aliis bonis incurriſſet, quoniam † per ea, quæ,
ut ſupra, laudata fuerunt, & poſtea à do. Gottofredo,
& do. Scipione uiciſſim ratificata, & emologata, ipſe
do. Gottofredus cenſetur illis renunciaſſe, eaq; remi
ſiſſe, & ideò ad illa amplius redire non poteſt, arg. eo
rū, quæ habentur in l. 1. & ibi Bal. & l. poſtquā liti. cum
32 ibi no. C. de pact. & in l. pactū. C. de colla. † Et ſpolia-
tus poteſt renunciare iuribus ſibi competentibus, &
ex ſpolio, ac uiolentia ſibi illata acquiſitis, ut eſt gl. in
c. ex inſinuatione. de procu. Abb. & alii in c. 2. circa fi.
de reſti. ſpoli. Et hæc quoad petita per do. Gottofredū
ſufficiant. ¶ Trāſeo mō ad petitionē, & libellū dd. Ba
ptiſtæ, & Scipionis corā arbitris productū, iungendo
ēt petitionem, quā in cauſa reſtitutionis bonorū co-
rā domino uicario Gubernii pendente fecerunt: &
in effectu tria petierunt. Primū, ꝙ declararetur caſtrū
Mōtisbaroni ad eos ſpectare, & pertinere, & do. Got-
tofredū ad illud unà cum fructibus reſtituendū cogē
dum eſſe, & præcipuè ex diſpoſitis per do. Baptiſtam
antiquiorem in ſuo teſtamento. Secundū, ꝙ declara-
retur dotes do. Violentis eis deberi, & ad eos ſpecta-
re, illiſq; licitum fore ratione hypothecæ, quā habēt
ꝑ dictis dotibus in bonis olim poſseſſis per do. Ama-
deū, bona illa pro reſtitutione dictarum dotium ap-
prehendere. Tertiū, ꝙ declararetur, dictū do. Gotto-
fredū cecidiſse ab oībus iuribus ſibi, ut dicitur, ex trā
ſactionibus cum eo factis acquiſitis, propterea quia
ipſe dictas tranſactiones pro parte ſua non adimple-
uit, nec obſeruauit, iuxta ea, quę habentur in d. l. ſi ꝗs
maior. dicunt enim ipſum contrauenitſe ultimæ trā-
ſactioni factæ de anno 1537. die 11. Auguſti tàm in
non præſtando fideiuſsores de obſeruando p̄miſsa,
q̃ in non reſtituendo boues, & animalia do. Baptiſtæ,
& propterea dici, & declarari debet ipſum do. Gotto-
fredum rōne periurii cecidiſse à cōmodo nō ſolū di
ctæ trāſactiōis, ſed ēt cuiuslibet alterius trāſactionis,
& cōuentionis inter eos factæ. ¶ Quoad hæc duo ul-
timo loco petita, omiſso prīo, q̄d poſtremo loco de-
clarandū reſeruo, dico, ꝙ quāuis ex inſtrumētis mihi
exhibitis nō cōſtet de aliqua exp̄ſsa hypotheca ex cō
uentione partiū cōtracta, quia in inſtrumento facto
de anno 1524. die 13. Iulii ſolum continetur, qualiter
do. Amadeus fuit cōfeſſus ſe habuiſse, & recipiſse to-
tā integrā ſummā, & oē reſiduū dotiū aliàs ſibi pro-
miſſarum, nec non florenos quadringentos ſibi pro-
miſſos poſt mortē do. Catherinæ, & in hoc inſtrumē-
to do. Amadeus non promiſit dictas dotes reſtituere
ſub hypotheca, & obligatione ſuorum bonorum, ſed
obligationem bonorum fecit ſolum in caſu, quo cō-
traueniret dictæ cōfeſſioni, abſolutioni, & liberatio-
33 ni, de qua in dicto inſtrumento, † tamen filiis dictæ
do. Violātis, uidelicet dd. Baptiſtę, & Scipioni pro re-
ſtitutione dotium maternarū ſaltē tacitè debent dici
hypothecata bona tunc per ipſum d. Amadeū poſſeſ-
ſa in caſu reſtitutionis dotiū, per tex. in l. unica. §. 1. C.
de rei uxo. act. & §. fuerat. Inſti. de act. Poſſet ēt eſſe, ꝙ
in alio inſtrumēto dotium prius cōtracto, de quo ha-
betur mentio in inſtrumēto prædicto, facta fuerit per
do. Amadeū expreſſa bonorū obligatio, & hypothe-
ca. Et ideò negari non pōt, quin dicti duo fratres poſ-
ſint pro dotibus maternis regreſſum habere ad bona
maximè tunc per ipſum do. Amadeū poſſeſſa, ut in d.
l. unica. & l. in rebus. cum ſimil. C. de iure do. ¶ Obſta
34 ret † tamen ipſis fratribus, ſi eſſent hæredes do. Ama-
dei patris ſui, & uellēt regreſſum habere ad bona per
tertiū poſſeſſa ex cōtractu, & facto ipſius do. Amadei,
nam quamuis illa bona eſſent propria ipſorū fratrū,
tñ ipſi non poſſent contrauenire alienationi, & obli-
gationi illorū bonorū factæ à patre ſuo, cuius eſſent
hæredes, ut in l. cum à matre. C. de rei uendi. & latè ha
betur per Alex. in conſi. 19. 26. & 28. in 5. uol. Sed in ca
ſu noſtro caſtrū Mōtisbaroni ad d. Gottofredū ex cō-
tractu do. Amadei peruenit, ergo &c. ¶ Præterea & ſi
hi duo fratres pro dotibus maternis regreſſum habe
re poſſent ad alia bona paterna, quæ extant, & quæ tē-
pore datæ, & conſtitutæ dotis à patre ſuo poſſideban-
tur, non tñ poſſent habere regreſſum ad dictū caſtrū
Montisbaroni, quod per fideicōmiſſum ad dominū
35 Gottofredū peruenit: nam, † ut eſt iuris notiſſimi, re-
ſtitutio dotis non debet de bonis fideicōmiſſo ſubie-
ctis fieri, niſi in ſubſidium, uidelicet quando alia bo-
na oneri fideicōmiſsi non ſubiecta non reperirentur,
ad authen. res, quæ cū materia. C. cōia delega. An au-
tem dicti fratres ſint hęredes domini Amadei patris
ſui, & an caſtrū Montisbaroni ex teſtamento domini
Baptiſtæ antiquioris ad ipſum dominū Gottofredū
iure fideicommiſſi peruenerit, infra latius dicetur.
¶ Preterea poſito, ꝙ dicti duo fratres ius hypothecę,
36 uel aliud ſuper dicto caſtro habuiſſent, tñ † ex quieta
tione, abſolutione, & renūciatione facta in inſtrumē-
to tranſactionis factæ de anno 1537. ſub die 11. Augu
ſti per dictum dominū Baptiſtam iuniorē ipſi domi-
no Gottofredo uerbis multum prægnantibus, & ſe in
uicem abſoluēdo ab omni eo, & toto, quod una pars
ab alia, & è contra petere, ac exigere poſſet ex quacun
que cā cogitata, & non cogitata, cognita, & incogni
ta, & quæ de præſenti cōpeteret, & in futurū ex quacū
que cauſa etiam de futuro etiam per aquilianam ſti-
pulationem &c. & cum renunciatione omnium iu-
rium utrique partium competentium ex teſtamento
tàm domini Amadei, quàm dicti do. Baptiſtæ, quorū
teſtamentorū uerba dixerunt ſe uidiſſe, & legiſſe, & de
diſpoſitis in illis informationē, ac notitiam habuiſſe,
abſq; dubio pro parte dicti domini Baptiſtę debet di-
ci remiſſum non ſolum ius hypothecę dotiū p̄dicta-
rum, ſed ēt ius, ſi quod habuiſſet, in dicto caſtro, & bo
nis ad dominū Gottofredū peruentis ex aliqua ſubſti
tutione, ſeu fideicōmiſſo factis in teſtamēto aui ſui ꝑ
ea, quę uolunt doctor. in d. §. duo fratres. in 4. & 5. quę
ſtio. ibique Alex. & in cōſ. 11. uol. 2. & habetur in l. aq-
liana. cum l. ſeq. & ibi ſcribentes. ff. de tranſactionib.
& in l. tres fratres. ff. de pactis. cum ſimilibus: ergo ſal
tem reſpectu partis dicti domini Baptiſtæ non po-
teſt haberi regreſſus ad bona, quæ dominus Gottofre



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

dus poſſidet occaſione dotium maternarũ.¶An au-
tem dominus Gottofredus dicatur priuatus oĩ com-
modo, & iure ſibi acquiſito ex tranſactionibus inter
eum ex una, & dominũ Baptiſtam ex alia contractis,
propter inobſeruantiam, & contrauentionẽ ultimæ
tranſactionis, concludo, ꝙ ſi aliquod ius poſſet dici ip
ſi domino Gottofredo competere ex trãſactionibus
præcedentibus, uidelicet ex illa, quæ fuit inter ipſos
celebrata de anno 1530. & de anno 1535. illud ius nõ
cenſeretur amiſſum ex contrauentione, & inobſeruã
37 tia tranſactionis factæ de anno 1537. quia, † ut uolũt
doct. communiter poſt glo. in d. l. ſi quis maior. per il-
lum textum, contraueniens pacto, ſeu tranſactioni iu
ratæ ſolũ perdit ius, quod ſibi ex illo contractu potuit
acquiri, non autem quod ex alio. ¶Præterea ex inob-
ſeruantia ultimæ tranſactionis do. Gottofredus non
poteſt dici priuatus iure ſibi ex prima tranſactione ac
quiſito, qm̃ illud prius amiſerat, quando in ſecunda,
ſeu ultima trãſactione ipſe adminiſtrationẽ, & uſum-
fructum remiſit, & titulo donationis liberauit domi-
num Baptiſtam ab obligatione duorũ milliũ ducato
rum, prout in dicto ultimo tranſactionis inſtrumen-
to habetur, ſi quod ergo ius potuit dici ipſum amiſiſ-
ſe, profectò diceretur duntaxat illud amiſiſſe, quod ſi
bi fuerat ex ultima tranſactione acquiſitũ. ¶Vtrum
autẽ & illud do. Gottofredus perdidiſſe dicatur, profe
38 ctò † ſi conſtaret de ipſius inobſeruantia promiſſorũ
doloſa, dicendũ eſſet, ipſum fuiſse factum indignum
illo iure, ut in d. l. ſi quis maior. cum ſupradictis. Sed
cum non conſtet, nec probatũ fuerit, ipſum doloſè
contraueniſse, ſeu fraudulenter conuenta non obſer
uaſſe, non debet dici illud ius amiſiſse: nã inter alia re
quiſita ad hoc, ut diſpoſitio d. l. ſi quis maior. locũ ha-
beat, requiritur, ꝙ quis dolo contrauenerit, & requi-
ritur dolus uerus. Et ideo uolens obtinere debet do-
lum proponere, & articulare, illumq́; probare, alioqn
ſuccumberet. l. dolum. C. de dolo. & l. merito. ff. pro
ſocio. & hoc eſt maximũ frenum, quod imponitur fe
rocitati, & aſperitati illius legis, ut inquit Curtius ibi
ex mente Bal. & aliorum communiter, quos ſupra re-
tuli, & ſequitur Alex. in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. & la
39 tè in d. conſi. 92. uol. 1. † quælibet enim cauſa ẽt iniu-
ſta ad effectũ euitandi pœna d. l. excuſat à dolo gl. in
l. 1. in fin. ff. de abigeis. & in l. plagii. C. ad l. Fla. de pla-
gia. Sed dominus Gottofredus ſemper dedit operam
40 rei militari, ut eſt notoriũ, † & propter rem militarẽ
iuris ignorantia permittitur, ergo in dubio ad euitan
dam pœnam præſumi debet potius per iuris errorẽ,
q̃ per malitiã, ſeu dolum ꝯueniſſe, ſi in aliquo mini-
mo reperiatur ipſum contraueniſſe, ut per Bal. in l. pe
nul. C. de his, qui ſe à ſcrib. in teſta. & Alex. in d. cõſ. in
41 ult. col. Et ex hoc ceſsaret, ſi in ꝯrium diceretur, † ꝙ
ex quo dominus Gottofredus omiſit facere id, quod
ſciuit ſe debere facere, dolus in eo præſumitur, Bar-
tol. in d. l. dolum. & Alexand. in l. ubi. cum ſimilibus
ibi allegatis. ff. de edend. nam hoc non procederet
in eo, in quo iuris ignorantia tolleratur ad euitan-
dam pęnam, & maximè ad euitandam pęnam d. l. ſi
quis maior. cuius incurſum quælibet minima cã etiã
iniuſta impedit, & euitat, ut dicunt Moderniſ. ibi ex
mente Bal. & Alex. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. ff. q ſatiſda.
42 cog. & Alex. in d. cõſ. 92. Præterea † ad hoc, ut do. Ba-
ptiſta poſset ꝯ dominum Gottofredũ obtinere ex in-
obſeruantia tranſactionis, eſset neceſsariũ, ꝙ ipſe ꝓ-
baſset ſe ꝓ parte ſua adimpleuiſse oĩa, q̃ in dicto tran
ſactionis inſtro ꝓmiſit, ut habetur in d. l. ſi qs maior.
ac ẽt in l. Iulianus. §. offerri. ibiq́; Pau. de Caſ. poſt Bar.
ff. de act. emp. & q̃uis ꝓbatũ fuerit, ipsũ aliqua adim-
pleuiſse, nõ tñ oĩa, quinimmo exp̃ſsè ꝯrium apparet,
uidelicet do. Baptiſtã in aliquo ꝯueniſse agẽdo con-
tra dominũ Gottofredũ, & petendo Caſtrũ Mõt
roni ad ſe pertinere ex teſtamẽto do. Baptiſtæ au
cũ illud ius, & quodcunq; aliud ſibi ex teſtõ aui
patris ſui, ſeu ex alia quacunq; cã cõpetens re
rit dicto do. Gottofredo, ut ex dicto inſtrument
ſactionis factæ de anno 1537. cõſtat: ergo dici p
pá cũ culpa, & dolũ cum dolo cõpenſari debere
l. uiro. cũ ibi no. ff. ſol. mat. & præſupponunt do
muniter in d. l. ſi quis maior. ¶Capio nunc illã p
petitionis dictorũ fratrũ, in qua petunt declarar
ſtrum Montisbaroni cum fructibus, & pertine
ſuis ad ipſos ex teſtõ do. Baptiſtæ aui ſui ſpectare
qua uidendũ eſt, utrũ dictũ caſtrum Montisba
de iure ſpectet, & ꝑtineat ad dictos dominos fr
& ad unumquemq; eorum pro dimidia, prout
& petunt, an uero ad do. Gottofredũ. Cumq́ue
re aduocati utriuſq; partis multũ laborauerint
mihi fuit ex deductis, & allegatis ꝑ eos ueritatẽ
re. Cõcludo itaq; illud caſtrũ ſpectare, & ꝑtine
do. Gottofredũ, non aũt ad dictos do. Baptiſt. & S
pionem fratres, & ideo ipſum dom. Gottofred
bere à petitione ſuper hoc per dictos do. fratres
abſolui: & ad ſic concludendũ moueor in pri
diſpoſitis per dictũ do. Baptiſtam antiquiorẽ in
ſtamento, qui poſt factã inſtitutionem uniue
de bonis mobilibus, iuribus, & actionibus, in
hæredes inſtituit do. Franceſiũ, do. Amadeũ,
Gottofredũ fratres, & filios ipſius teſtatoris,
re inſtitutionis inter dictos tres filios ſuos diſt
ac diuiſit bona immobilia, uuicuiq; certa bon
gnando, uidelicet do. Franceſio caſtrũ Septim
pluribus aliis bonis ſtabilibus, domino Amad
ſtro Montisbaroni, & alia plura bona, & do. Got
do alia certa bona, prout in dicto teſtamento c
net. Præterea uolẽs dictus teſtator in omnẽ
uidere, iuſſit, ꝙ ſi cõtingeret dictũ do. Franceſiũ dece
dere ſine filiis maſculis, & cũ filiab⁹ fœminis
pluribus, illæ dotari deberent à dicto do. Amadeo
quem pars dicti domini Frãceſii perueniret. Et
ut prædictũ eſt, dictũ caſtrum, & dicta pars aſſig
domino Frãceſio in caſu præmiſſo, uidelicet qua
do. Frãceſius decederet ſine filiis maſculis, peru
rent ad ipſum do. Amadeũ, eo in caſu, & ẽt ipſo Fr
ſio decedẽte ſine filiis maſculis, & fęminis, uolu
ordinauit do. teſtator, ꝙ do. Amadeus de parte
ſibi aſſignata, ut ſupra, ĩ eo caſu tñ det dicto do
tofredo caſtrũ Montisbaroni cũ omnibus p
tiis ſupra aſſignatis &c. exceptis &c. Hæc ſu
q̃ in teſtõ continẽtur, ex quibus infertur,
uoluit ſubſtituere ipſum do. Amadeũ in caſt
marũ, & parte relicta do. Franceſio in caſu, q
Franceſius ſimpliciter ſine filiis maſculis dece
ut ibi in caſu p̃miſo, uidelicet quando domin
qui caſus uidetur ſolũ principaliter conſideratu
habita conſideratione, an cũ fœminis, an ſine fœ
nis, ut colligitur exp̃ſsè ex illis uerbis teſtament
ſu præmiſſo, uidelicet quando dictus do. Frãceſi
cederet ſine maſculis. Caſus aũt p̃miſſus erat, q
do decederet ſine maſculis, ſed cũ fœminis, ut i
ſit, & ordinauit, ꝙ ſi contingeret, præfatũ do. Fra
ſium decedere ſine filiis maſculis, ſed relicta u
uel pluribus filiabus fęminis, ergo in illo caſu, q
maſculis, & cũ fœminis, noluit hoc cõſiderãdũ
ꝙ deceſſerit cũ fœminis, ſed ſolũ ſimpliciter, q
maſculis deceſſerit, qa ſine maſculis decedit, q
dit nullis relictis maſculis, ſiue habeat fœminas
43 nõ, ut patet. Et † q̃uis hic caſus, ſi deceſserit ſine
ſculis, uerbalr̃, & eſſentialr̃ poſſit duplr̃ ꝯtinger
delicet qñ qs deceſſerit ſine maſculis, ſed cũ fœm
item quando ſine maſculis, ac etiam ſine fœmin
quo

quoad effectū ſubſtituendi in caſtro Septimarū,ac ēt
in caſtro Montisbaroni teſtator ſolū illū caſum conſi
derauit,ꝙ ſine maſculis deceſſerit, ut ibi in caſu præ-
miſſo,uidelicet quando dominus Frãceſius ſine ma-
ſculis decederet,& ibi in eo caſu tantum, & hoc con
tingit illa rõne, quia caſus ille, ſi deceſſerit ſine filiis
maſculis, uerificatur in utroque caſu prædicto, prout
in ſimili dicitur † de caſu impotentiæ uulgaris ſubſti
44 tutionis,qui ut unus caſus tantum reputatur, & tamē
in pluribus caſibus uerificatur, ut quia moriatur, uel
ſit incapax,ad tradita per Bar.& alios in l. 1.ff. de uul-
ga.& pup.qui tñ plures caſus pro uno tñ reputantur,
& ponuntur ad eundē effectum,uidelicet ut ſubſtitu-
tus poſſit admitti, ut ibi ꝑ Bar. & alios, & per Imo. in
c. Raynutius. de teſta. ubi plenè ſoleo examinare. Et
hoc mõ poſſunt concordari uerba poſita in teſtõ ibi
in caſu præmiſſo &c.& ibi eo in caſu, & ēt ipſo Frãce
ſio &c.& ibi in eo caſu tantum det dicto &c.Præterea
dici ēt poteſt, ꝙ teſtator quoad effectum dotandi in
caſu, quo dominus Franceſius ſine filiis maſculis de-
cederet,conſiderauit duos caſus,, uidelicet an deceſ-
ſerit cũ filiabus, an uerò ſine filiabus, nã primo caſu
uoluit dñm Amadeū teneri ad dotandū, ſecundo au
tem caſu non,& in hoc caſu uerificantur illa uerba, ꝙ
ſi contingeret p̃fatum dominū Franceſium decede-
re &c.& illa eo in caſu,& ēt ipſo Franceſio decedente
ſine filiis maſculis,& fœminis.Sed quoad effectū ſub
ſtituendi tàm in caſtro Septimarū, quã in caſtro Mõ-
tisbaroni teſtator ſimpliciter conſiderauit ſolū illum
caſum, ſi dominus Franceſius ſine maſculis deceſſe-
rit,ut ibi in caſu præmiſſo,uidelicet ꝙ quando domi-
nus Franceſius &c. & ibi in eo caſu tantum det dicto
domino Gottofredo, qui caſus ſi deceſſerit ſine filijs
maſculis,ut dixi, põt contingere,ſiue decedat cũ fœ-
minis,ſiue ſine fœminis,ſed hoc ꝙ decedat cũ fœmi-
nis,uel ſine teſtator noluit debere cõſiderari,ſed ſolū
illud de per ſe, ꝙ ſine maſculis deceſſerit: ſolū enim
prouidere uoluit maſculinitati ipſius, & ſuæ domus,
& familiæ uocando duntaxat maſculos,& nõ fœmi-
nas,quas uoluit dotari, & ad maſculos tantum teſta-
tor pro conſeruatione domus, & familiæ ſuæ uoluit
dicta caſtra,& bona ſua peruenire,ut ibi,& quod mul
tũ ēt conuenit uoluntati ipſius domini teſtatoris af-
fectantis domū ſuã manuteneri, & ibi, & ut ipſe dñs
teſtator poſteritati cõſulat,prouidit &c.& ita cõſide-
rãdo, & declarando uerba teſtamenti benè adaptan-
tur. ¶Ex quibus infertur, ꝙ teſtator uidetur uoluiſſe ĩ
caſu,quo per mortem do.Franceſii decedentis ſine fi
liis maſculis caſtrū Septimarū ad dominū Amadeū
perueniret, ꝙ caſtrum Montisbaroni etiam deberet
peruenire ad do.Gottofredū,illique daretur,& ſic ſi-
ue do.Franceſius decederet cũ fœminis,ſiue ſine fœ-
minis,hoc.n.ꝙ extarēt fœminæ,uel nõ,nõ impediat,
quin ex ſubſtitutione caſtrū Septimarū ad do. Ama-
deū puenire deberet, ergo nec debet impedire, nec
facere, quin caſtrū Montisbaroni ad do. Gottofredū
debeat peruenire. ¶Præterea ſolū in caſu,quo caſtrū
Septimarū ad do. Amadeū pueniret, teſtator uoluit
caſtrum Montisbaroni ad do. Gottofredū ſpectare,
ne contingeret unum ex filiis dicta duo caſtra ſimul,
& eodē tempore ex immediata diſpõne teſtatoris ha
bere, quod quidem teſtator quodãmodo abhorruiſ-
45 ſe uidetur, quia † ut ceſſaret inuidia inter fratres, &
æqualitas,quoad poſſet, inter eos conſeruaretur, iu-
xta l.ut liberis. C. de colla. cum ſimi. teſtator ſemper
diſpoſuit,ꝙ alter haberet unū caſtrū, & alter aliud, &
iõ inſtituēdo aſſignauit caſtrum Septimarū do.Frãce
ſio,& caſtrū Montisbaroni dño Amadeo,& ſubſtituē
do ſimiliter uoluit, ꝙ ſi dominus Amadeus decederet
ſine filiis maſculis ſimpliciter, & ſic ſiue cũ fœminis,
ſiue ſine,caſtrū Montisbaroni non ad dominū Fran-
ceſiū,ſed ad dominū Gottofredū perueniret, ut plu-
res honoraret,ac ēt in aliis caſibus ſubſtitutionum,in
quibus uoluit dicta caſtra,& bona ad deſcēdentes, &
alios maſculos de familia peruenire debere,dicta ca-
ſtra inter plures diſtribuit, ergo in omni caſu,quo ca
ſtrum Septimarū per mortē do. Franceſii perueniret
ad do.Amadeum, uoluit caſtrum Montisbaroni ad
do.Gottofredū peruenire. Sed caſtrū Septimarū de-
buit ad do. Amadeū peruenire ēt in caſu, quo do.Frã
ceſius decederet ſine filiis maſculis,& cũ fœminis,ut
clarè in dicto teſtamento do.Baptiſtæ antiquioris cõ
tinetur,igitur ēt in hoc caſu caſtrū Montisbaroni ad
do.Gottofredū ſpectare debet. Et ad hunc caſum tan
tū,uidelicet quando caſtrū Septimarum ad do. Ama-
deum perueniret,teſtator uoluit reſpectū habere, &
non ad alium ad effectū,ut dicta caſtra inter plures fi-
lios ſuos diſtributa eſſent. Et conſequenter hoc habe
bit locū,ſiue do.Amadeus deceſſerit cũ filiabus, ſiue
ſine filiabus. Nec adeſt ratio concludens, quare in ca
ſu,quo do.Franceſius haberet filias,ipſe do. Gottofre
dus magis deberet à dicto caſtro Montisbaroni exclu
di, quàm quando filias non haberet,cũ teſtator de di-
ctis caſtris,ac aliis bonis ſolū prouiderit reſpectu de-
ſcendentiū,& aliorū maſculorū de familia, & de do-
mo pro cõſeruatione familiæ, & ut poſteritati maſcu
lorū de agnatione conſuleret, & non reſpectu filiarū
46 fœminarū, † per quas agnatio, & familia nõ conſer-
uatur,ſed per maſculos tantū,ut in §. cæterū. & in §.
media. Inſti.de legi.agn.ſucceſ.& per Ioan.And.poſt
Richar.Malum.in addi.in tit.de teſta.per Ana in cõſ.
20.& per Bal.in l.maximū uitiū.C.de lib. præte. nam
& in caſu noſtro,& in inſtitutionibus, & ſubſtitutio-
nibus teſtator ſemper prætulit maſculos fęminis illas
dumtaxat dotando, ergo ſuperextantia fœminarum
do.Franceſii non debet operari, ꝙ do. Gottofredus à
caſtro Mõtisbaroni excludatur, ex quo caſus ille eue
nit, propter quem teſtator principaliter motus fuit
ad diſponendū,ꝙ caſtrum Montisbaroni ad do.Got-
tofredū perueniret, uidelicet quia caſtrū Septimarū
peruenit ad do.Amadeū ob mortē do. Franceſii, qui
ſine maſculis deceſſit,& ideò illa uerba teſtamenti in
hoc caſu tantum &c.debent intelligi,uidelicet in ca-
ſu,quo caſtrū Septimarum ad do. Amadeū perueni-
ret,ad quē debet peruenire,ſiue do.Frãceſius decede
ret ſine filiis maſculis,ſed cum fęminis, ſiue ſine ma-
ſculis.& ſine fęminis. Et quamuis quoad uerba hi ui-
deantur duo caſus diuerſi, in effectu tamen eſt unus
tantū,& propterea dicitur in teſtamēto eo in caſu, &
etiã ipſo Franceſio decedente ſine filiis maſculis, &
fęminis. ¶Confirmantur ēt præmiſſa conſiderando
ſubſtitutionem factã de caſtro Montisbaroni in caſu,
quo dominus Amadeus ſine filiis maſculis decede-
ret, nam teſtator uoluit illud ſpectare debere non ad
dominum Franceſiū,qui caſtrū Septimarū habebat,
ſed ad dominū Gottofredū,ſiue do. Amadeus dece-
deret cũ filiabus,ſiue ſine: ergo idē dicendū eſt in ca
ſu,quo per mortē do.Franceſii ad do.Gottofredū ſpe
ctare deberet,ut ad eum pertineat, ſiue is deceſſerit
47 ſine maſculis cũ filiabus,ſiue ſine filiabus, nam † una
pars teſtamenti aliã declarat, & præcedētia declarant
per ſubſequentia,& è contra, & ſubſtitutio declarat ꝑ
inſtitutionē.l. ſi ſeruus pluriū.in fi.cū ſim. ibi alleg. ff.
de leg. 1.l.qui liberis.in fin.l.ſi in teſtamēto. l. cohr̃di.
§.ex his.l.ſi pr̃.& l. ſi plures.ff.de vulg. & pup.l.1.& ibi
gl.C.de imp.& al.ſubſt.l.ſi mihi,& tibi.ĩ §.fi.ff.de leg.
1.& l.quoties.in prin. ff.ad treb. Præterea vr̃ expreſſū
in teſtamento,ꝙ do.Gottofredus dēat habere caſtrū
Mõtisbaroni in utroq; caſu p̃dicto, ut ibi eo ĩ caſu, &
ēt ipſo Franceſio decedēte ſine filiis maſculis, & ſine

48 fœminis,nam † ſub illis uerbis eo in caſu uoluit cō-
prehendere,& referre caſum prius proximè relatum,
qui eſt ſi dominus Franceſius deceſſerit ſine maſcu-
lis,ſed cū fęminis,hæc enim pronomina hic , is, & ſi-
milia ſtant demonſtratiuè,ut habetur in l.1.ff. de no-
ui operis nuncia.& l.ſciendum.in fin. cum ibi not.ff.
de uerborum ſignificatio.ergo non ſolum in caſu,in
quo dominus Franceſius deceſſerit ſine filiis maſcu-
lis,ſed cum fęminis , qui eſt caſus demōſtratus,ſed ēt
ſi deceſſerit ſine filiis maſculis,& ſine fęminis,qui eſt
caſus expreſſus.Quod fortius ſuadetur, nam dicendo
& etiam ipſo Franceſio decedente ſine filiis maſculis
& ſine fœminis,uoluit implicare,& comprehendere
49 caſum,quo cum fœminis decederet , quia † dictio ēt
eſt implicatiua,& implicat,atque ampliat idem in ca
ſu implicato omiſſo , quando non exprimeretur niſi
unus caſus cum illa dictione etiam, ut in l. quodcun-
que.§.ſi quis ita.per gloſam.ff.de uerb.oblig. clemēt.
ut calumniis, ibiq́ue Cardin.de re iud. Dec.in conſi.
466.& Aretin.in conſi.67. cum ſimilibus infra ſtatim
allegandis,ut quia in caſu noſtro dictum fuiſſet ſim-
pliciter etiam ipſo Franceſio decedente ſine filiis ma
ſculis,& fœminis abſque expreſſione alterius caſus,
& ſic abſque eo, quod fuiſſent expreſſa illa alia uerba
eo in caſu,idē enim uideretur uoluiſſe teſtator, ſi do-
minus Franceſius deceſſiſſet ſine maſculis,ſed cū fœ-
minis,quia dictio etiam implicat idem in caſu omiſ-
ſo:ergo à fortiori hoc dicendum eſt, ſi caſus implica-
tus aliqualiter,& uerbis generalibus,ac demonſtrati-
uis fuit expreſſus,ut eſt in caſu noſtro , in quo dicitur
eo in caſu,& ēt ipſo Franceſio decedente &c. quoniā
concurrit expreſſio facta per uerba generalia, ſeu de-
monſtratiua,item cōprehenſio mediāte dictione im
50 plicatiua etiam.Præterea † de natura huius dictionis
implicatiuæ etiam eſt ampliare,& ponere, ſeu expri-
mere caſum magis dubitabilem, & præſupponere ca
ſum omiſſum,ſeu ſpecialiter non expreſſum eſſe mi-
nus dubitabilē,Archid.in c.cum in illis.de præben. in
6.ibi etiam ſi curā animarū habeat , nā infertur à for-
tiori idem,ſi non habeat curam animarū.l.2. C. fam.
herciſcun.in fin.per quem text.hoc uoluit Soc. in l.1.
in princ.in ult.colum.ff.de uerborum obligatio. cap.
ut quis.de electio.in 6.& l.hæc ſcriptura.in fin.cū aliis
ſupra proximè allegatis. Sed in caſu noſtro per dictio
nē etiam exprimitur caſus , quando Franceſius dece-
deret ſine filiis maſculis,& fęminis,ergo hic caſus du
bitabilis magis eſſe dicitur ad effectum,ut caſtrū Mō
tisbaroni detur domino Gottofredo,quā caſus,quan
do cum fęminis tātum decederet.Sed priori caſu do-
minus Gottofredus uocatur ad caſtrū Montisbaroni,
ut in teſtamento habetur,ergo multo magis in ſecun
do caſu debet admitti,argumento authen. multo ma
gis.C.de ſacroſanct.eccleſ.& C. de epiſcopis, & cler.
¶An autem pluralitas illa ſine maſculis , & fęminis
reſoluatur in ſuas ſingularitates,hęc inueſtigatio non
uidetur multum neceſſaria,quia ultra pluralitatē illo
rum duorum caſuum teſtator idem uidetur diſpoſuiſ
ſe expreſsè in caſu ſingulari,de quo agitur , uidelicet
in caſu,quo dominus Franceſius decederet ſolum cū
fęminis,ut colligitur ex illis uerbis eo in caſu , & ex il
la implicatiua etiā , ueluti ſupra declaratum fuit. Vel
ſi dicamus hanc diſcuſſionem eſſe pertinentem,uide
tur dicendum , illam pluralitatem fore in ſuos caſus
ſingulares reſoluendum per ea,quæ domini aduoca-
ti ipſius domini Gottofredi conſiderauerunt,quæ nō
refero.Et ultra illa uerba eo in caſu , quæ comprehen
debant caſum,in quo dominus Franceſius decederet
ſine maſculis relictis fęminis , uoluit etiā teſtator ad-
dere caſum, ſeu conditionē,ſi dominus Frāceſius de-
cederet etiam ſine maſculis,& fęminis, ne eueniente

hoc caſu poſſet dici contra dominum Gottofred
51 ipſum eſſe excluſum,& non uocatum, tum quia
ditiones uoluntariæ non extenduntur de caſu ad
ſum,ſed caſus omiſſus habetur pro omiſſo,Bar.&
in l.gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu
uius.& l.qui hæredi.cum ſimilibus.ff. de condit.&
52 monſt.tum quia † regula ſubſtitutionum,& fidei
miſſorum eſt , ut non habeant locum , niſi in caſi
cōprehenſis ſub uerbis,& ſemper dici poteſt, de
non loquitur ſubſtitutio,ut dixit Io. And. in addi
Specul.in tit.de teſtam. §.1. uerſic. occurrit. Oldr
conſi.21.Abb.in cōſi.140. facti contingentia, &
in cōſ.63.in 8.col.uolu.3.¶Nec obſtat,ſi diceret
ex quo dominus Gottofredus fuit uocatus in c
quo dominus Franceſius decederet ſine maſculi
fęminis,vr̄ excluſus , ſi ſaltem cum filiabus dece
arguendo à contrario ſenſu,quod argumentū
lidiſſimū.l.1.§.huius rei.ff.de offic.eius, cui man
53 iuriſd. Quia reſpondetur primo † hoc argum
non procedere ad excludendum caſum inclu
comprehenſum , ſed ſolum caſum non compr
ſum. At caſus ſi deceſſerit ſaltem cum filiabus
cluſus tàm per uerba eo in caſu , quàm per impl
uam ēt , ut ſupra dictum eſt , ergo argumentu
à contrario non procedit,alioquin uerba illa eo
ſu,& illa dictio etiā ſuperfluè ſtarent.¶Secund
cipaliter conſidero,ꝙ dominus Baptiſta iunio
ad partem caſtri,quam prætendit habere,eſt e
dus,qm̄ poſito,ſed non conceſſo,ꝙ ex teſtam
ſui,uel aliter caſtrum illud pro parte ad eum ſpe
debuiſſet,tn̄ ex remiſſione,& renunciatione,qu
uerba multum prægnantia,& cum iuramēto fe
ſe dicitur priuatus omni iure , qđ in eo habebat
